



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

14. Opinio quorundam, qu[a]e asserit nullum casum de jure communi  
Episcopis reseruari.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

mero 4. & 5. alii aliter existimant, & aliter hos casus numerant.

XIV. Imò opinantur aliqui propriè loquendo nullum casum de iure communi reseruari Episcopo, nam casum taliter reseruari Episcopo, est in iure Canonom esse, qui reseruet tale crimen, soli Episcopo absoluendum, at nullibi talis Canon reperitur, nec exprimitur in Cap. *Episcopus de pœnitent. & remissi.* in 6. an casus de quibus sit mentio de iure, an consuetudine reseruentur Episcopo. Præterea reseruatio de peccato habente adnexam pœnitentiam publicam, hodie, ut omnes fatentur, non est in usu, vel solum ad forum contentiosum pertinet. Dein excommunicatio, si non est reseruata, tollitur ab illo, qui reseruauit, nisi in aliquo particulari casu absolutio.

com-

committatur in iure Episcopo,  
ut contingit in excommunicatio-  
ne Canonis. *Si quis suadente.* & in  
*Council Trident. Sess. 14. c. 5.* in o-  
mnibus occultis criminibus Pa-  
pæ reseruatis. Attamen nec hoc  
etiam est propriè casum esse re-  
seruatum Episcopo, sed tantum  
ipsi delegari potestatem absolu-  
tendi, sicuti patet in Abbatibus  
circa absolutionem suorum Re-  
ligiosorum, quam delegatam ha-  
bent à Summo Pontifice. Proin-  
dè huiusmodi excommunicatio  
Episcopo reseruata nulla in iure  
reperitur. Pariter dispensatio-  
nem in Irregularitate contracta  
pater esse reseruatam vel Summo  
Pontifici vel Episcopo, si nimi-  
rum sit occulta: Culpa verò per  
se, v g homicidii, violationis Ec-  
clesiasticæ immunitatis, rebapti-  
zationis & similium (probabi-  
liter) non est reseruata, sed à  
quo-

quolibet adprobato tollitur. *Sua-*  
*rez. citat. d. 29. lct: 3. num. 6. Filiu-*  
*citat. e. 10. num. 238. Tanner. d. 6. de-*  
*pœnitentia q. 9. dub. 4. qui afferit,*  
*nec publicam blasphemiam, nec*  
*casus, in Extravag. Commun. l. 3. tit.*  
*6 de Sepulturis Cap. super Cathedram,*  
*referuari Episcopis, quod reuo-*  
*centur in Clementina, Dudum. l. 3. tit.*  
*7 de Sepulturis.*

Præter istos recensitos siue iu-  
re, siue generali consuetudine  
Episcopis referuatos, passim a-  
lli, ac diuersi in singulis Episco-  
patibus referuati sunt, quos ex  
peculiari lege, vel consuetu-  
dine sibi referuant, quique cum  
varii sint, & varientur saepius,  
sub scientiam cadere non pos-  
sunt, sed ex usu, & decretis pro-  
priæ cuiusque Synodi sunt ad-  
discendi, sicuti etiam de dispen-  
satione in Irregularitate, *voto,*  
*Ponti-*

Pontifici Summo non reseruatis,  
relaxatione Iuramenti, quæ iure  
communi, seu consuetudine.

Episcopis reseruan-  
tur.



Caput